Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35482
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

magistri palliu(m) ferens. atq(ue) adior
ne(m) veniens. p(er)cussit semel. & aquas mi
nime diuisit. Sed cum repente diceret.
Ubi e(st) d(eu)s heliae. & ia(m) tunc p(er)cussit flu
uium magistri pallio. & iter inter
aquas fecit. P(er)pendis p(etr)e. quantu(m)
in exhibendis uirtutib(us) humilitas ua
let. Tunc exhibere magistri uirtute(m)
potuit. quando magistri nomen ad
memoria(m) reduxit. Quia eni(m) ad hu
militate(m) sub magistro rediit. q(uo)d ma
gister fecerat. & ipse fecit. PETRUS
Libet q(uo)d dicis. Sed queso te e(st)ne ali
quid quod adhuc de ipso ad n(ost)ram
edificatione(m) narres. GREGORIUS
Est plane. sed si sit qui uelit imitari.
Ego eni(m) uirtute(m) patientie signis & mi
raculis maiore(m) credo. Quada(m) itaq(ue) die
is qui post venerabilis honorati exitu(m)
monasterii regimen tenebat. contra